



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regula Sancti Patris Benedicti

Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>

Moguntiae, 1604

VI. De Fratibus mittendis Romam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

De Fratibus mittendis ad Sanctum Paulum.

C A P. VI.

SALVTI Fratrum ad Sanctum Paulum Romam mittendorum consulere cupientes, mandamus omnibus & singulis Prælati, de quorum Monasteriis Fratres ipsi assumuntur: vt ipsos ad prædictum Monasteriũ sancti Pauli non mittant, nisi transacto mense Septembris. Ipsi verò Fratres interim cum omni humilitate pareant & obediant dictis Prælati, perindè ac si Conuentuales essent illorum Monasteriorum. Præmoneant autè Prælati præfatos Fratres, vt discedentes à Monasteriis suis tempore congruo recto tramite non girouagantes Romam proficiscantur, grauitè si secus fecerint puniendi. Qui si equos duxerint, de vestimentorum suorum pecuniis emptos aut aliunde habitos seu acquisitos, mox vt applicuerint ad Monasteriũ, sicut omnem pecuniam, ita etiam præfatos equos Prælato aut Superiori consignent. In quorum potestate erit, prædictos equos pro necessitate Monasterii retinere, aut si maluerint ipsos venundare.

2. Teneatur etiam Prælati transmittere Fratres S. Pauli, pro sanitate seruanda, extra Monasterium illicò celebrata festiuitate Apostolorum Petri & Pauli, ad Monasteria Re-

gni,

gni, & Tuscia: quæ quidem, pro expensis
hil possint exigere.

3. Insuper ne Monasterium præfatum in
pensis extraordinariè graueur, volumus
qui ad Urbem pro causis sollicitandis ac
serint, teneantur releuare Monasterium
dictam, de scutis tribus aureis in mensura
qualibet persona, & totidem pro iumentis
excipiendo tamen à prædictis personam
ris Præsidentis & aliorum Patrum, qui
utilitate & negotiis Congregationis ad
am accesserint.

4. Cum autem ad aures nostras peruen-
mutatos à S. Paulo multa secum super
transportare: idcirco imponimus mutatos
prædicto Monasterio, sub pœna degradati-
nis, antequam discedant suas sarcinulas
bati vel Superiori ostendant. Et cum primi-
ad Monasteria sua applicuerint, sarcinulas
ctas Præfato suo representent cum affectu
omnia superflua eis auferantur: vt sic in
mnitau Monasterii Sancti Pauli promou-
tur, & omnis proprietatis occasio à Fratribus
nostris penitus amputetur. Quæ Ordinatio
extenditur etiam ad alios ad alia Monasteria
mutatos: vt in Capitulo sexagesimo septimo
Regule.

5. In fauorem quoque Vassallorum Mon-
sterii S. Pauli de Vrbe, ne cum graui suo
spendio & incommodo pro leuibus causis
cess: habeant venire aut mittere ad Capitu-
lum Generale: tanquam Pii Patres filiorum

indeiunitati expensis & laboribus consulentes, Statuimus, & Ordinamus, vt ad venerabilem Abbatem. S. Pauli immediatè Dominum & Superiorem suum qui pro tempore fuerit, semper vt decet recursum habeat. Cui eò magis præfatos eius vasallos & enxius cõmendamus: quo fideiiores in dies & magis deuotos nobis, & eidem Monasterio effici experimur. Quod si qua magis ardua emerlerint, aut in aliquo a præfato Abbate se lesos aut grauatos senserint: recursum inde ad Patres Visitatores pro tempore existentes habeant. Quibus quando Monasterium S. Pauli visitant, vt etiam oppida eiusdem Monasterii visitent imponimus, & quantum ad hoc vices Diffinitorii nostras committimus. Quærelas & differentias pro quibus ad Capitulum venturi essent audiant, decident, & summarie iustitiam ministrent. Quæ omnia vt commodius in prædictorum vasallorum beneficium, & quietem exequi valeant, Nazanum se transferant Visitatores præfati: & singulis oppidis præsentiam suam significare teneantur, eamque ibi moram trahere quam pro necessitate prædictorum ad affectum huius Constitutionis nostre iudicauerint expedire.